



Universitätsbibliothek Paderborn

Domus Æternitatis

Reserata, Et Ad Ingrediendum Quotidie Memorïæ cogitationibus,
Intellectûs considerationibus, ac voluntatis affectibus Aperta ; Serviet
quoque pro Concionibus; uti & pro Exhortationibus, in Agoniae Domini
Sodalitatibus

Domus Æternitatis Damnatae

Dirckinck, Johann

Coloniae Agrippinae, 1713

8. Sitis damnatae æternitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50700)

Vae vobis, qui tot pretiosas horas in conviviiis dilapidatis; gulæque nimium indulgetis, quia esurietis. Vae vobis, qui ventrem cibis vinisque delicatis saburratis, imò mergitis & more filiorum Job in orbem epulamini, continua viventes Saturnalia; quia esurietis, & quidem in æternum: Nam per quæ quis peccat, per hæc & punietur. Sap. c. 11. 17.

CONSIDERATIO VIII.

Sitis damnatæ æternitatis.

Ecce servi mei bibent, & vos sitietis.

Isaiæ c. 65. 13.

22. Julii.

I. **S**itis æterna in flammis gehennæ, poena est omnium ebriosorum, sive seculares sive Ecclesiastici, sive religiosi fuerint. Omnibus enim à Christo dictum est: *Attendite, ne forte graventur corda vestra in crapula & ebrietate. Lucæ c. 21. 34.* Omnibus ab Apostolo intentata comminatio: *Neque ebriosi regnum Dei possidebunt. 1. Corinth. c. 6. 19.* Omnibus facta dehortatio: *Nolite inebriari*

82 *Domus aternitatis. Consideratio*
vino, in quo est luxuria. Ephes. c. 5.
Sed auspicemur à saecularibus, in
quos nonnulli reperiuntur, qui quae
belluae insatiabiles semper sitiunt, semper
potare gestiunt, semper consortia quaerunt,
symposia instituunt, dies noctes
pergracando conjungunt; sanitatem la-
dunt, opes dilapidant, rationem sepe-
liunt, dum in strepitu perpetuo degunt
dicentes: *Venite sumamus vinum & im-*
pleamur ebrietate, & erit sicut hodie,
& cras, & multo amplius. Isaia c. 56.
An tales caelo digni? digni ut cum Deo
electis refocillentur? Minimè sanè: *Et*
serui mei bibent & vos sitietis. l. c.

II. Ejusmodi potatores non Christi-
ani, sed pagani; non homines, sed bestiae
sunt. Fingit Ovidius L. 14. metamor-
phoseo Sociis Ulyssis à Circe oblatum potum
quo in sues transformati sint. Fabula haec
veritas est in ebris: nam *Vinum & ebrietas*
auferunt cor. Osee, c. 4. 11. *auferunt*
cor humanum & substituunt bestiale.
Nimio enim vino sumpto
sues degenerant: quia ut sues volutant
in coeno luxuriae & impudentiae: ut

gru

grunniunt & clamitant : ut sues graviter
olent ac fœtent famamque amittunt : ut
sues silvestres alios impetunt ; ac deni-
que ut sues pingues macello Diaboli
destinantur : & in inferno siti perpetuâ
cruciantur.

III. Fœdior ergo est ebrius porco, fœ-
dior asino, fœdior cane, ut ait S. Chryso-
stomus homil. 58. in Matth. *Quantò ait,*
melior asinus ebrioso est ? Quantò canis,
[& sus] prastantior ? Omnes certè bestia
cumbibunt & comedunt, ultrâ quàm sa-
tis est non sumunt, etiamsi mille homines
cogerent. Quidni igitur ejusmodi Chri-
stiani vel eo nomine indigni bestiis,
quàm hominibus similiore, in Orco
tractentur ut bestia ut hostes ut inimici:
& siti perpetuâ, ob vitæ bestialis exces-
sus plectantur ? Amici mei bibent : &
vos sitietis. Præclarè S. Ambrosius, L. de
pœnit. Ebriosus cum absorbet vinum ;
absorbetur à vino, abominatur à Deo, de-
spicitur ab Angelis, deridetur ab homini-
destituitur à virtutibus, confunditur a Da-
monibus, conculcatur à bestiis.

Ironia.

ITe ergo nunc, ite ebrietatis sedatores ad bibendum vinum potentes porcis, canibus, & asinis peiores; accedite: Hauriamus vinum in abundantia impleamur ebrietate sicut heri & hodie ac deinceps: veniet tempus, quando in medijs Orci flammis sepulti, cum Epulone illo devote, non vini dolium, non aquæ vas integrum, sed guttam postulabitis, atque in æternum non obtinebitis: quia excessibus vestris odium, iramque divinam incurristis: *hinc amici mei sobrii & temperantes, bibent & vos temulenti, sitietis. & audietis aliquando cum tremore discussâ crapulâ: Expergiscimini ebrii & flete, & ululate omnes qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam perit ab ore vestro. Joel. c. 1. 5.*

23. Julii.

I. Deinde sitis æterna in Orci incendijs, ceu justa pœna ebrietatis manet Ecclesiasticos & Clericos ebriosos: *Ebrietas, ait S. Petrus Chrysologus,*

in alio crimen est; in Sacerdote sacrilegium.

Verum quis tantum scelus commissum
iri credat à Sacerdote ? à Pastore ? ab
Ecclesiastico ? Quid enim est Pastor, quid
Sacerdos Alissimi, nisi forma gregis,
lucerna supra candelabrum, lux paro-
chiae, sal terrae; qui ex officio tenetur &
verbo & exemplo sibi commissos, ab
omni ebrietate, cæterisque vitiis retra-
here. Unde meritò S. Paulus *Episco-*
pum [in quo Sacerdos & Pastor inclu-
ditur] jubet esse, *non vinolentum; & Dia-*
conos [in quibus comprehenduntur in-
feriores Clerici] *non multo vino deditos.*
1. Tim. c. 3. Et si perpendatur, hinc
sacerdotii dignitas, sanctitas, potestas &
eminentia; inde verò ebrietatis vilitas,
fœditas & malitia; jure ebrius sacerdos
turpe monstrum, & fœdum spectacu-
lum coram Deo, Angelis & hominibus
censeatur.

II. Et tamen si consideremus, in quot
occasionibus & periculis hac in re, la-
bendi & excedendi assiduè versentur
Canonici, Pastores, aliique sacerdotes in
hisce præsertim Germaniæ partibus;
nemo

nemo jure mirabitur complures labi-
nósque illis hujus vitii turpitudinem ob
oculos ponere. Has verò occasiones
quis ignorat? Quando vix electiones &
consecrationes Præfulum; vix primitia
Sacerdotum; professiones personarum
religiosarum; patrocinia templorum
dedicationes Ecclesiarum; collationes
beneficiorum; solennitates contra-
ctuum; matrimoniorum, baptismorum
imò & funerum absque convivis, sym-
posiisque celebrantur: quæ non rarò ad
plures horas protrahuntur: convivæ ad
sanitates quàm plurimas ebibendas, in-
vitantur, aut suaviter coguntur; atque ita
facilè in ebrietatem ejusve confinia pro-
labuntur. *Sic manè cum Deo inchoamus, vespere cum Baccho & Diabolo claudimus; manè calicem salutaris accipimus & nomen Domini invocamus; à meridie calicem ebrietatis exhaurimus & nomen Domini blasphemamus.* Ut olim scripsit bebat ad quendam Parochum mihi notum D. Nicolaus Stenonius Suffraganeus Monasteriensis & Paderbornensis, vir magnæ mortificationis & raræ virtu-

labi-
m ob-
fiones
nes &
mitia
arum
rum
tione
ontra
orum
sym-
arò ad
væ ad
s, in-
ue ita
pro
achon
o clau
pim
erid
zomet
a feri
ni no
fraga
ensis
virtu-
tis

tis. Anno 1686. 25. Nov. Suerini piif-
finè & cum magna astantium etiam Lu-
theranorum ædificatione, vitâ functus.

III. Quid quæso prodest, (scribit
idem Dominus) matutinis horis novas
à Deo gratias accipere, si vespertinis ho-
ris easdem conculcamus? Potuítne Dia-
bolus ullum excogitasse artificium, quo
plures perderet animas, & magis de
Christo triumpharet, quàm talia amici-
tiæ signa, quæ æternæ inimicitæ sunt fe-
mina? Fletu potiùs quàm risu, excipien-
dæ sunt ineptæ illorum argutiæ; qui pu-
tant hæc omnia sine peccato mortali fie-
ri, & ad ebrietatem, ut mortalis evadat,
requirunt sublatum omne exercitium
rationis. In schola divini amoris, talia
locum non inveniunt; & quis rationis
usus, cùm anima à Spiritu Dei derelicta,
à malo Spiritu regitur? Qui filii Dei sunt,
Spiritu Dei reguntur: at verò ubi excessus
cibi potûsque est, regimen divini spiri-
tûs cessat, & anima non ampliùs apta est,
ut audiat quid loquatur in ipsa Deus.
Hæc ille.

Para-

Paranesis.

O Domini Ecclesiastici ! O Clerici
 Venerabiles ! O Prælati, Canonici
 Parochi, Vicarii, Sacellani ! Si populi
 lumen obfuscentur crapulâ ; si sal plebs
 infatuetur ebrietate ; à quonam plebs
 putredine crapulæ & vitiorum confes-
 vabitur ? Cogitate obsecro : Quæ con-
 ventio Christi & Bacchi ? Calicis salute-
 ris & poculi ebrietatis ? *Genus electum*
regale sacerdotium ; & vile ventris mar-
 cipium ? *Gens sancta* ; & peccatorum
 sentina : *populus acquisitionis*. i. Petri. c. 2.
 & cloaca fœditatis ; quænam conventio
 Crebrò perpendite illud ejusdem Apo-
 stoli sanctissimum monitum : l. c. c. 5.
 quod quotidie in Completorio horarum
 legitis : *Fratres sobrii estote & vigilate*
quia adversarius vester Diabolus , tam
 quam leo rugiens , circuit , querens quem
 devoret & æternâ fame torqueat , cuius
 in inferno propinet , non dulce vinum
 sed venenum aspidum , juxta illud Deuteronomio
 c. 32. 33. *Fel Draconum vinum eorum* ,
venenum aspidum insanabile.

24. Julii.

I. **P**erpendant denique etiam Religiosi firim æternam, pœnam esse Religiosorum ebriosorum. Sed hem, quid dico? *Religiosus & ebriosus*. Daturne uspiam in mundo tale monstrum? *Religiosus* Deo ex asse consecratus, & simul Baccho devotus? *Religiosus* mundo mortuus & carni vivus? *Religiosus* Ecclesiastes, ebrietatis in aliis osor & oppugnator; at in se ejusdem amator ac fautor. *Religiosus* conscientiae arbiter, alios à crapula mundans, & sese eâdem deturpans? *Religiosus* sobrietatis exemplum, honestatis speculum, castitatis, omnisque virtutis viva imago, & simul *ebriosus*; id est fœdum sterquilinum, chaos tenebrarum, author scandalorum, lusus Dæmonum, petulantiae & scurrilitatis probrum, dedecus Ordinis, abdominis sui mancipium? O quale spectaculum! O quàm abominabile monstrum! Darine id potest in orbe terrarum?

II. Uti-

II. Utinam, utinam nemo unus ejusmodi reperiretur! Sed quando à Religioso negliguntur spiritualia, paulatim quærentur sensualia, amantur sæcularium consortia; acceduntur lauta prædialia, ambiuntur invitationes ad convivium, evacuuntur strenuè pocula, inter famulatum variarum nomina; protrahuntur in multas horas symposia; & inter hæc quis non videt ebrietatis & ebriositatis pericula? Cave, cave Religiose, ne amaris pericula & in iis pereas; atque ex Angelo in Cacodæmonem transmuteris: ebriosus enim, ut ait S. Chryostomus hom. 5. ad populum *Dæmon est voluntarius mortuus animatus, commune generis nostri opprobrium.*

III. Quodsi inter centenos, aut milles nos religiosos, fortassis duo tresve reperiantur eâ labe infecti [nos nullum novimus] ii retrahantur metu offensæ Dei metu scandali, metu vilitatis & abjectionis propriæ, proque fræno utantur, metu gehennæ, sitisque perpetuæ. *Servi mei bibent, & vos sitietis. l.c. Servi mei fideles, mortificationis, sobrietatis ac*

temperantiæ amantes bibent de nectare & ambrosia visionis beatificæ; vos verò, non re sed nomine *servi mei*, revera, autem servi Bacchi & abdominis vestri, *sitietis*. *Servi mei*, amici mei, *bibent & inebriabuntur* ab ubertate Domûs Dei: vos verò hostes mei, *sitietis*, nec aquæ stillam obtinebitis. *Servi mei*, bibent de torrente voluptatis divinæ, ac de fonte vitæ perennis, qui cœlestem paradisum irrigat: vos verò *sitietis* in æternum nec biberis, nisi calicem picis & sulphuris. Ah! quid est sitis æterna? Sinit Inſitor in Oceano navigans, aquâ dulci abſumptâ, sed ad tempus, donec ad insulam aut portum appellat. Sinit miles emanentibus curribus vel navibus annonariis; sed ad tempus. *Vos sitietis* in æternum. Effluant tot sæcula, quot guttas numerant omnes fluvii & maria; & *vos sitietis*, nec aquæ stillam impenetrabilis.

Paranesis.

QUare attendite, attendite Religiosi, ne sæcularibus scandalum unquam

92 *Domus eternitatis. Consideratio*
quam excessu in potu præbeatis ;
& vos & ordinem Contemptibiles rec
datis ; sæculares vos præsentis lactan
absentes vituperant , si excesser
tis. Attendite , ne vos , qui alios , pe
randi excessus , & abusus verbo & exem
plo dedocere debetis ; ab his ad eor
dem pertrahamini incauti. *Attendite*
ne fortè graventur corda vestra in cr
pula & ebrietate quâ vinum perditur
paupertas sancta læditur , pecunia in
tiliter decoquitur , potus vobis super
fluus egenis , ægrisque necessarius , ha
subtrahitur : sanitas destruitur ; mor
acceleratur ; proximus læditur , De
offenditur , sitis æterna comparatur.
quot , eheu ! mortalibus ; dum adhuc
num est in labiis , dum necdum disc
sa est crapula ; temulentus interce
ditur spiritus , & subito sese reperit
inter ignes tartareos : *Ubi famem patit*
tur ut canes , & bibent de vino ira D
Apoc. c. 14. 18.

CO mixt